



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Homiliae Adm. Illvstris Ac R.dissimi Domini D. Fr.
Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriae
Episcopi Barbastrensis & Albarrazini Ord. FF.
Prædicatorum**

**Lanuza, Jerónimo Bautista de
Antverpiæ, Anno M.DC.XLIX.**

Approbatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53084](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53084)

APPROBATIO CENSORIS.

EX commissione Illustrissimi, & Excellentissimi Domini D. Fr. Ludouici Diez Auxensis & Armendariensis Episcopi Vrgellen-
sis: Consiliarij Regiæ Maiestatis, Proregis & Capitanei Generalis in
Principatu Cathalonienfi. & Comitatibus Rosilionis & Ceritaniz:
librum inspexi & perlegi, cui titulus præfigitur: Homiliæ super E-
uangelium SS. Sacramenti cum expositione Missæ, quem composuit
Illustrissimus & Reuerendissimus Dominus D. Fr. Hieronymus Bap-
tista de Lanuza Episcopus Barbastrensis, & Albarracinus &c. Quod
si præstantiam conceptuum, eruditionem in Patribus, & singula-
rem spectemus spiritus feruorem, aperte constat filium esse talis
Auctoris: opus prælo dignum, quodque cunctis tradatur pulpita
ascendentibus, nec non SS. Sacramento pie addictissimis: mihi nam-
que persuadeo non exigua ex eo proueniet Deo gloria, profectus
animabus, & per grande Prædicatoribus Euangelicis subsidium (ad
talem materiam, vt utilissimam, ita grauissimam) proinde lucem vi-
deat thesaurus hic pretiosus, atque per eiusdem impressionem omni-
bus communicetur, Datum in Collegio S. Guilielmi Barcinonenfis
Ordinis SS. Patris nostri Augustini: 23. Maij 1626.

FR. HIERONYMVS BALLE
*Visitor Prouincie Aragonie,
& Rector Collegij.*

APPROBATIO.

EX mandato & præscripto expresso R. di Ad. P. M. F. Hieronymi
Mos Prouincialis Prouincie Aragonie SS. Ordinis nostri Prædi-
catorum singulari admodum attentione nec non maiori longe volup-
tate legimus Homiliæ SS. Sacramenti Altaris compositas à Reue-
rendissimo Domino D. Fr. Hieronymo Baptista de Lanuza Episco-
po Barbastrensi & Albarracino: & propter doctrinæ grauitatem,
profunditatem & conceptuum subtilitatem, quibus abundant, iudi-
camus opus esse tanto Auctore legitimum filium, & reliquis operi-
bus

bus valde germanum, quæ præfatus Episcopus protulit in lucem: quod nam minorem meretur per totum orbem applausum & acceptationem, quam cetera eius opera: quo circa securissime potest Ad. Reuerendus Pater noster Prouincialis dare Licentiam P. Lectori Fr. Iohanni Laurentio Cayrosa, quatenus sub nomine præfati Domini Episcopi opus illud in lucem producat: Quinimo nostri muneris est prædicto Patri plurimas referre gratias ob non modicum laborem, & gnauam diligentiam, qua tam librum hunc quam alios collegit, quos vt intelleximus, ab eodem Episcopo detinet compositos: quia vero nobis perspicuum est, quod impressio huius & aliorum quos habuerit, non exiguam proferet toti Ecclesiæ Dei utilitatem, gloriam & honorem S. nostræ Religionis: obsecramus R. Ad. Prouincialem nostrum, vt prædicto Patri præcipiat, vt illos prælo submittat, quam fieri potest citissime. In cuius rei fidem huic subscribimus in Conuentu S. Catharinæ Martyris Barcinonæ. 12. Aprilis 1626.

FR. ANTONIVS BRVGVERA MAGISTER.

FR. FRANCISCVS PALAV
*Præfatus & Lector primarius
Theologiae.*

LICENTIA R. D. AD. PATRIS NOSTRI MAGISTRI

FR. HIERONYMI MOS

PROVINCIALIS PROVINCIE ARAGONIE.

Magister Fr. Hieronymus Mos Prouincialis Prouincie Aragonie Ordinis Prædicatorum. Quandoquidem experientia nobis conster vberimus fructus, quem in Ecclesia S. produxerunt opera Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini D. Fr. Hieronymi Baptistæ de Lanuza Episcopi Albarracini S. nostræ Religionis & Prouincie, & honor habitus non exiguus, ex illis proueniens: hinc obligamur vt prædictorum operum toto conamine promotioni studeamus, cumque nobis sit exploratum quod præfatus Reuerendissimus Dominus in his omnibus totaliter semper fiderit P. Fr. Iohanni Laurentio Cayrosa Lectori Theologie Conuentus nostri Prædicato-

** }

mm